



THESES THEO-  
logicae,

EX OMNIBVS  
PARTIBVS SVM-  
MÆ S. THOMÆ, IN A-  
cademia Ingolstadiensi ad publicam  
disputationem propo-  
sitæ.


ANNO M. DC. XIII.  
DIE XXVI. IVNII.

Respondente

OSWALDO COSCA-  
no, Societatis Iesu SS. Theo-  
logiæ Studioſo.



INGOLSTADII,  
Typis ANDREÆ ANGERMARIÆ.




# EX PRIMA PARTE.

## THEISIS PRIMA:



- Ræter fidem necessaria est toti Ecclesiæ, & pro singulis Theologis, quæcam explicet & defendat, estq; habitus discursivus in cunctis in viatoribus, cuius principia sunt articuli fidei, quæ tales, etiam illi qui ex aliis deducti sunt; & potest esse tum ipsius & supernaturalis, tum acquisitus & naturalis.
2. D e s i n e s t a b q; vlla compositione; perfectissimus sine limite, ideo infinitus; bonum tum naturali, tum morali bonitate; & cum creatura non maius sed plura bona; est ubiq; & in nullo loco: immutabilis tum physica tum morali mutatione, ideo æternus; est unus, & unicus necessarij.
3. Videri clare potest D e s i n e s t etiam ut triinus ab intellectu creato eleuato per lumen gloriae seu habitu; non tamen comprehendendi. Eadem numero visione possunt videri in D e s i n o creaturæ vel eminenter; vel formaliter ut in causâ, idea, vel specie; ab alio plurimes quam alio, ob maius lumen gloriae.
4. Cognoscit D e s i n o creaturas secundum proprium esse in seipso aut ut in medio cognito, in causa scilicet ideâ; aut ut in incognito, nempe specie. Negotiations &c. cognoscit mediatae in bono opposito, vel etiam immediate: futura contingentia tum libera tum naturalia in seipso tanquam specie, aut etiam in collectione omnium causarum supposito concusso ordinario; interim haec scientia non tollit libertatem arbitrij.
5. Vult D e s i n o omnes creaturas, etiam merè possibles, nec ab vlla earum mouetur obiectiu; ad volendum. Antecedens voluntas est, de reinadæquatæ & secundum se nudi spectata inefficax complacentia: Consequens, de re secundum omnes suas circumstantias efficax voluntas. Voluntas D e s i n o interna prædefiniens coniuncta cum scientia media, non tollit libertatem caue secundum.
6. Prudentia D e s i n o est actus intellectus iunctum habens decretum voluntatis, ordinans res pér media, alibi sufficientia, efficacia alibi; ad finem. Ad eam pertinet prædestinatio, inter cuius effectus censenda consecutio gloriae, & media omnia tam intrinsecè quam extrinsecè supernaturalia. Prædestinatio Christi fuit ante angelorum & hominum, horum ante sua merita, meritorum ante præsumum consensum.
7. Reprobatio alia negativa est, cuius nulla est causa in reprobo; alia positiva reiectione à gratia & gloria, & sit ob peccatum reprobi. Potentia D e s i n o ad operationes immanentes distinguunt ratione nostrâ ab ipsa operatione, nec aliter operativa potentia ad



ria ad extra ab intellectu & voluntate. Potest Deus aliquid melius facere quam fecit, secundum modum rei factae non facientis.

8. Personæ in diuinis constituantur in fieri quidem aliquæ originibus, omnes vero formaliter relationibus oppositis, vt sunt modi substantiales determinantes diuinam essentiam. Pater concipitur esse persona antequam generet: Filius producitur per distinctionem seu generationem propriè dictam a solo Patre & solus ut eius imago, ex cognitione omnium quæ sunt formaliter in Deo, itemque cognitione simplicis intelligentie creaturarum. Spiritus S. procedit à Patre & Filio, amor eorum mutuus velut uno principio, & necessariè ut duabus personis: nec à filio distingueretur, nisi ab eo procederet.

9. Relationes sunt quatuor, Paternitas, Filiatio, Spiratio activa, & passiva; tercia à duabus primis, & omnes ab essentia tantum ratione distinguuntur, fundamentum earum concipimus esse actus intelligendi & amandi, quorum principium Quod est ipsa persona, primarium Quo essentia, secundarium & immediatum intellectus & voluntas, conditio sine qua non relatio propria personæ producentis, terminus essentia diuinæ ut communicata.

10. Angeli naturaliter intelligunt quædam per substanciali suam, quædam per species congenitas: actus internos alterius angelus non perspicunt sine indicio aut locutione, quæ est libera ordinatio secreti ad alterum. Voluntas eorum uon est immutabilis. Boni viam duobus instantibus emensi sunt; tribus vero mali, qui miris sed veris modis igne cruciantur. Ceterum est singulos homines habere singulos ex bonis custodes; in ceterum quin singulos simul hostes.

## EX PRIMA SECUNDÆ.

11. Beatoùdo suprema hominis consistit in operatione intellectus, & connorat a statu voluntatis ut necessariè consequentem, ob' quem beatus impeccabilis est, qui in nudâ visione Dei etiam retinere posset peccarum. Perpetuitas ad eius statum non essentiam pertinet; & ut naturæ virtibus non cognoscit in specie, sic nec appeti potest.

12. Voluntarium prout differt à spontaneo exigit cognitionem perfectam qua & finis & media & proportio inter ea cognoscatur. Involuntarium est quod à voluntate non estrum positiuè rum negatiuè; & causatur simpliciter à violentia & ignorantia antecedente; à Consequente & Metu, secundum Quid: Concupiscentia liberrarem (Quæ est sola denominatio extrinseca à potentia libera) minuit aut tollit, voluntarium potius auger.

13. Actus humanus est bonus si habet omnem integratatem secundum regulam suam quæ est natura rationalis, recta ratio, lex & voluntas diuina; malus, si aliquid deficiat in obiecto, quam in fine & circumstantiis; que omnia actum in certa specie constituunt, & nonnunquam vnum in diuersis. Bonitas & malitia moralis ut sic, & ea quæ est ex fine prius est in actu interiori, noui quæ ex materia & circumstantiis.

14. Conscientia erronta vihibilis obligat tantum ut corrieta eam non agamus: invincibilis vero etiam ut eam sequamur. Operari ex dubio de honestate operis est peccatum: in dubio iuris post sufficientem inquisitionem, non necessariè tutior pars eligenda, exceptis casibus in quibus scientia rei requiritur. Scrupulus seu anxia formide de malitia, non debet impedire actionem.

## T H E S E S

15. Peccatum omissionis physice potest esse sine omni actu, qui sit eius causa. Sine lege aliqua nullum esset peccatum: Et est formaliter in sola voluntate, ratione & appetitu sensilio; cuius motus contra rationem, & vniuersim alii actus humani tunc non sunt mortales, cum nec minima cogitatio vel suspicio malitiae graui vel periculi habetur.

16. Ignorantia non est peccatum distinctum ab eo cuius est causa: Inuincibilis est, si nunquam deea venit, nec ex intentione venire potuit in mentem: ob vincibilem non-nunquam sit ex mortali veniale. Deus licet effectuè concurrat ad actum peccati, non tamon peccati causa est. Peccatum originale est voluntaria priuatio iustitiae originalis, præcipue ut ordinantis ad Deum finem supernaturalem.

17. Leges humanæ non habent valorem sine promulgatione (quæ sufficerit si in uno loco fiat) nec sine acceptatione de facto. Obligant sub mortalitate re graui, & si habent verba absolute præceptiva: in rebus tantum contemtu est mortalitatis. Peregrini obedient, si animo manendi sint in loco. Consuetudo repugnante principe non abrogat legem. Dispensatio sine causa valet, non licet. Privilegia contra ius communem, restrinquentur.

18. Vt cognitionem alicuius boni moralis naturalis, ita & actionem & vietioriam levius teatatio nisi sine gratia in statu naturæ corruptæ fieri posse verius est. Ne naturalia præcepta longo tempore, nec absolute supernaturalia omnia sine sanctificante gratia & auxiliis seruari possunt. Cum ea vitari possunt omnia mortalia, non tamen omnia venialia.

19. Gratia operans & cooperans non distinguitur ab excitante & adiuuante: hæc aequalia & habitualia auxilia, & ipsam sanctificantem gratiam comprehendit. Sufficiens presè est, cum qua potest homo conuerti, non tamen conuertitur. Efficax consistit in vi morali infallibili efficacidi consensu, non quam ex se habet, sed vt subest scientiæ Dæ mediae. Cum æqualibus physicæ auxiliis aliquando unus conuerteret, non alter. Nemo viribus naturæ potest se disponere ad gratiam.

20. Iustificatio non est sine positiva iustitia inherente, nimis gratia sanctificante, & cæteris habitibus supernaturalibus virtutum. Ad meritum de condigno præter gratiam, bonitatem operis, libertatem, acceptationem Dæ i., requiritur vt referatur opus in Dæ v m per charitatem saltem virtualiter: sub id cadit eterna gloria, augmentum gratiae & eius virtutis à qua procedit actus, auxilia necessaria ad perseverendum, bona temporalia quæ valde utilia ad gloriam.

## EX SECVNDA SECVNDAE.

21. Fidei obiectum materiale sunt omnia reuelata: formale Quo est prima veritas reuelans. Obscuritas tam rei reuelatae quam reuelantis est de intrinseca eius ratione, & potest stare cum quacunque huius vitæ cognitione euidente eiusdem obiecti. Saltem aliquis actus necessitate medij cuius adulto necessarius est; at præcepti, plures pro ratione status.

22. Alius à fide habitus in voluntate est eam inclinans ad credendum. In beatis nulla, in damnatis tantum acquisita est. Vni veritati fidei dissentiens sciatenter, perdit totam. Etiam informis est donum Dæ i. Tres infidelitatis species Paganismus Iudaismus Heresies aduersantur fidei diuersè, tantum ratione modi.

23. Summi Pontificis est symbolum rerum credendarum ordinare, qui in rebus fidei

## THEOLOGICAE.

ex cathedra definiendis errare non potest, independenter à Concilio; quod absque Pontifice vel dirigente vel approbante infallibile non est. Verius est de fide esse hunc numero Pontificem, esse verè Pontificem. In canonisando pro tota Ecclesia Sancto, & in approbatione religionis quoad bonitatem eius habet infallibilem auctoritatem. Primatus Ecclesie, sedi Romanæ iure diuino annexus est.

24. Spes a primario actu definiri potest Virtus theologica, qua voluntas nostra efficaciter tendit in Deum ut est suprema beatitudine nostra legitimis mediis Deo opitulante possibilis obtineri. Alii eius actus sunt, amor concupiscentie in Deum, eius simplex desiderium, gaudium de acquisito (secundum quem actum non implicaret in Beato esse) odium, fuga, timor de malo contrario.

25. Charitas infusa perfecta Virtus est quoad essentiam & statum, imperat aliis virtutibus, illi propriè nulla; est yna specie infima simul erga Deum & proximum, in beato & viatore; & in hoc semper & statim intendi potest, etiam per quantum uis actum remissum. Amor aliquis acquisitus Dei ut auctoris naturæ, & alius hominum secundum honestatem naturalem, dari etiam potest.

26. Iustitia alia legalis est, bonum commune; alia particularis, bonum particolare alterius spectans secundum ius; huius species infimæ Commutativa & Distributiva iustitia essentia liter distinguntur diuerso iure: illa ortum ex dominio, seu quasi; hæc ex dignitate personæ natum intendit.

27. Dominium perfectum tria includit iura, Proprietatis, Fructus perecipendi, Utendi rei; in perfectio quedam possesso, in rebus corporalibus acquiritur apprehensione, in aliis vsu. Et possesso & vsu etiam consumtibilium rerum à Dominio separari potest. Nec particolare dependens nec bonorum in communi excluditur à natura status religiosi. Clerici non religiosi sunt domini etiam superflui in beneficio.

28. Acquiritur dominium rerum vel Deo dante, ut Hebreis Exod. 3, 11. & 12. Vel fortunâ, ut thesaureti am in alieno fundo, ferarum, inuentorum post non repertum dominum, quæ omnia nisi aliud obstet, sunt primò occupantis; Vel per contractus gratuitos, qualis non est promissio vel donatio verbalis: Vel iuris constitutione, præscriptione, v. g. quæ sit rei prescriptibilis, possesse ferè semper cum titulo, bona fide, & tempore certo non interrupto.

29. Restitutio rei alienæ actus iustizæ commutativæ præceptus affirmatiuè, laxius ad omnis damni reparationem extenditur; ut spiritualis interni, si quis alium v. g. vi vel fraude in peccatum induxit; spiritualis externi, si v. g. duo curata beneficia sine causa & Pontificis dispensatione reheatur: Corporis; nam de homicidio hereditibus satisficer, de mutilatione &c. laeso, sed nō necessariò talione; Famæ; Rerum temporalium: & obligantur etiam hæredes &c. & si actio iniusta fuit omnes propinquè ad eam operati.

30. Acceptio personarum est, & letalis ad beneficium seu officium Ecclesiasticum relictio digniore etiam dignum eligere. Occidere Reip. noxios licet magistratui. Piis ob virtutem exercitiis licet viam abbreviare, non mortem notabiliter accelerare. In furto præter materiam mortalem v. g. decem paciorum, attendendum etiam est quam involuntarius sit dominus.

31. Index potest secundum publicè allegata & sufficienter probata innocentem condemnare. Accusatio est in præcepto de crimine contra bonum Reip. Reus sub mortali verum dicet legitimè interrogatus, & in tortura non recatur ad yllum secretum ni-

## T H E S E S

Si Confessionis, & quod aperire bono publico noceret, celandum. In detractione & virtutis similibus detecti criminis turpitudo non qualis coram D<sup>r</sup>o; sed praesentibus est, perpendetur.

32. In venditione & emptione cause descendendi à communī precio esse possunt, mixta donatio, damnum emergens, lucrum cessans, periculum ne res tradatur, officium mercatoris, oportunitas acquirendi. Usura est lucrum immediatè ex mutuo proueniens non ratione damni emergentis ut in Monte pieratis, aut ex gratitudine mutuantur, licet pro hac obligatio petatur.

### EX TERTIA PARTE.

33. Ut satisficeret pro peccatis secundum iustitiae rigorem simpliciter necessaria fuit: nō hypothistica: opera rigitur Christi abundantia & valoris infinita, id praestiterē sufficienter pro hominum & culpa (principalius originali) & pena; non tamen ex propriè dicta iustitia commutariā.

34. Incarnatio Verbi facta est mediante unione immediate inter hypothasin & humanitatem, quæ uno est modus realis, relatiuus, creatus, substancialis. Primo & propriè assumpit naturam humanam & omnia ad eius veritatem pertinentia Persona, secundariò Deitas; & potuissent singulae personæ singulas naturas, & tres nam assumere. Corpus & anima prius naturâvnta, & illud mediante hac assumptum est.

35. Præter gratiam unionis qua verè Christus sanctificatus fuit, etiam plenitudinem habitualis, sibi soli propriam habuit, ciusq; comites virtutes perfectioni Christi non repugnantes (velut est penitentia) absque propria dispositione infusas. Caput est hominum & angelorum; ornatus omnibus donis S. Spiritus & gratiis gratis datis, scientia & beatifica & infusa.

36. Scivit inditâ scientiâ omnia pertinentia ad humanas scientias, singularia & supernaturalia omnia quidditatib; & Trinitatem quoad An est; profecit acquisitâ. Habuit ad omnia quæ voluit potentiam seu propriam seu instrumentalem; est autem haec ad res supra naturam non aliquid intrinsecum, sed usus passitus, qui consistit in quadam dependentia à D<sup>r</sup>o operante.

37. Defidius quosdam corporales assumpsit non contraxit C H R I S T U S fuit physice impeccabilis, passibilis tamen corpore & anima. Liberè etiam quoad substantiam obseruanit præcepta Meruit sibi gloriam corporis absolute; gratiam autem capitis, potestatem sacerdotalem, regiam, iudiciariam tantum quoad possessionem & usum; nobis gratiam & gloriam.

38. Adoratur Christus D<sup>r</sup> v s homo una adoratione latrīa, cuius sic etiam objectum licet non ultimum est humanitas; at præcisè ut homo ob unionem, & mater eius ob maternitatem hyperdulia, sancti ob propriam sanctitatem dulia, imagines itidem proportionaliter ex latrīa, hyperdulia, dulia; una & tantum simul cum prototypi adoratione, res alias sacrae ob relationem adorandæ sunt.

39. B. Virgo concepta sine originali, maiorem quam angeli gratiam habuit, concepit Christum in instanti, eius vera & naturalis mater. Miracula C H R I S T I nondū fuerunt simpliciter necessaria ad doctrinam adstruendam. Eius sudor sanguineus & mors (quam subiit ex præcepto merè positivo & sine qua nihil meruisse) natura-

## THEOLOGICAE.

turalia fuerunt: clavis oris validus in cruce, & aqua ex latere miraculosa.

40. Sacramentum Euangelicum est compositum morale ex re sensibili tanquam materia, & verbis tanquam forma; est signum practicum gratiae sanctificantis a Christo institutum, & causat ut instrumentum physicum gratiam habitualem, tria etiam characterem imprimunt, qui est potentia instrumentalis modò activa, modò passiva ad res quasdam diuini cultus.

41. Baptismus institutus ante passionem, non fuit de necessitate medii ante sufficienter promulgatum Euangelium, vti nunc est re vel voto suscepitus. In adulto req̄gitur ad eius valorem intentio, ad effectum autem gratiae fides & saltem attritio, qui si fuerit impeditus, oblige per poenitentiam remoto, à baptismo præterito ut causa morali restaurabitur.

42. In Eucharistia sacramentum tantum, sunt species, id est accidentia tantum panis & vini in quantitate vt subiecto immediato; res simul & sacramentum, corpus & sanguis Christi nec producta nec propriè adducta, sed hic constituta ut sustentent accidentia specierum; res tantum, gratia fideles vniens. Christus hic in capax est vitalium operationum, nec videri potest ab oculo creare, præterquam suo.

43. Quà sacramentum prodest tantum iusto. Sacerdos dabit eam indigno intentandi mortem sine contemptu religionis. — Vnam alteram ue speciem præbere humani est iuris; diuini est in articulo mortis & sepius in vita communicare: ecclesiastico quotannis communicandi præcepto satifacit etiam indignus; alterutrum horum præceptorum omittens sacrilegus est.

44. Sacrificium est actus latræ, quo res permanens Deo in signum eius supremæ excellentia à legitimo ministro consecrata realiter immutatur; & est in noua lege sola Missa, in conferatione vtriusq; speci essentialiter consistens, à sacrificio in ultima cena & crucis accidentaliter differens; in qua, materia oblata est Christus sub speciebus. Prodest ex opere operato tantum fidelibus, per viam impetrationis etiam infidelibus non præcisis.

45. Poenitentia quà sacramentum pro materia proxima habet actus poenitentis contritionem & confessionem peccatorum cum ordine ad satisfactionem: forma est, Ego te absolo. Sacramentum tantum est Confessio & Absolutio: Res & sacramentū contritio; Res tantum, gratia peccatum remittens. Necessarium est necessitate medii lapsis in mortale re vel voto, saltem implicito vel virtuali.

46. Quà virtus, pars potentialis iustitiae commutativa habet pro obiecto peccatum præteritum ut Dei offendam expiabile: præcipiūs eius actus contritio formaliter est detestatio & dolor de peccato ut destruendo supra omne detestabile (attritio erit si non tam latè pateat, extra sacramentum non iustificans) cum proposito non peccandi amplius. Eius præceptum nec statim, nec festis, nec quoties peccati memoria est obligat.

47. Confessio fieri de omni mortali, non necessariò de circumstantiis notabiliter agrauantibus, aut per interpretem & scripturam. Concessarius extra periculum mortis debet esse approbatus, & habere ordinariam vel delegatam iurisdictionem (qua est potestas moralis absoluendi distincta ab ordine) seruare sigillum extra confessionem etiam cum ipso confessio; est tamen cum ex notitia confessionis coram eo facere quid possit.

## THESES THEOLOGICAE.

48. Satisfactio fit Deo per opera penalia voluntaria: in sacramento aliquam imponeare & acceptare sub mortali est praeceptum, & habet satisfactorium fructum etiam ex opere operato. Extra sacramentum sive penali & externa satisfactione nemo consequitur remissionem penae in hac vita, que tamen licet differri potest in Purgatorium.

49. Ad Confirmationis essentiam ex p. materia sufficit oleum olivatum consecratum; & in forma essentialis est inuocatio S.S.Trinitatis. Unctio unius tantum partis speculatiue potest sufficiens dici in Extrema Unctione: Effectus huius sacramenti in forma exprimendus est deprecatione. Ordines V I I. probabilius distincta sunt sacramenta: episcopatus est tantum quasi gradus sacerdotii.

50. Matrimonium quia contractus à Deo in paradiso, quia sacramentum à Christo Matth. 19. institutum est; nec iij qui post baptismum matrimonium contrahunt vllatenus ab eo sacramenti rationem separate possunt sive per se, sive per procuratorem, aut literas contrahant. Si post contractum vterq; vel alteruter coniux baptizetur, probabile est opus esse renouatione seu confirmatione consensus in matrimonium, ut fiat sacramentum. Ut unus simul plures uxores haberet, nulli unquam licuit nisi ex diuina dispensatione.

## Omnia ad maiorem Dei gloriam.

## Cum facultate Superiorum.

